1438

pro usque suo et suorum successorum meliori et utiliori con
vertendo usque ad exemptionem et summe praefate plenaria
persolutionem. Ea conditione interposita. quod si quid idem
Waszko vel eius successores in eadem taberna superaedificaverit.
extunc idem recognoscens circa exemptionem de eisdem
bonis tenebitur vel sui successores tenebuntur eidem obli
gatorie vel posteris illius iuxta adinventionem amicorum
restituere ac solvere, sub vadio similis summe centum
quadraginta et duorum florenorum pecunie monete polonice. Te
nebiturque dictus recognoscens cum successoribus eundem Waszko vel
eius posteros ratione bonorum praefatorum obligatorum ab omnibus
et quibusvis personis cuiuscumque status et conditionis, ove
ribusque generaliter omnibus eisdem bonis imposuit totus quotiens
opus fuit tueri, sub similis summe vadio. Pro quoquidem
vadio dictus recognoscens cum successoribus citatus omisso suo
quovis proprio et competenti foro coram Vicecapitaneo seu
Burgrabio Castri huius peremptorie omni die et hora re
spondebit. et pro citatis omnibus totus quotiens opus fuit
semotis omnibus exceptionibus Monitis Appellationibus dilla
tionibusque generaliter universis satisfaciet et suc
cessores satisfacient. sub amissione sue et successo
rum causa. Nulla praesentatione in praemissis obstante.

Radilowski et Blazo
wski tenebunt intercisam,

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Premislien Nobiles Stanislaus Radilowski Fiendkowic ab
una et Iwan Mikowic Blazowski ab altera partibus
pure per expressumque recognoverunt et quilibet ex eis se
orsum recognovit. Quia se se mutuo et invicem alter
alteri inscribunt et obligant intercisa certa intercisa
se de data in villa Wherce diei hodierne occasione
quarumcumque rerum conscripta manibus per parte Ra
dilowski Nobilis Ignatzko Blazowski. ex parte vero

Praefati Mikowic Blazowski Nobilis Steczko Radilow
ski subscripta et sigillis propriis communiter et obsignata. tam
in toto quam in minima parte una pars alteri tenere
complere ac exequi inviolabiliter observare eamque non in
fringere, immo eidem in omnibus eius conditionibus punctis clau
sulis et articulis totus quotiens opus fuit cum successoribus
satisfacere sub vadio octingentorum florenorum pecunie communis mon
polonice. Nihilominus dicti recognoscentes se cum successo
ribus alter alteri quilibet in bonis suis omnibus inscribunt et
obligant inspectionem hanc ex actis praefatae Castrensis Pre
mislien ad acta terrestria Premislien ante decursum uni
us anni sine coniunctim sine divisim transferre et trans
portare sub vadio similis summe octingentorum florenorum
pecunie monete polonice. Pro quibusquidem vadio et vadiis
ex quacumque re et causa succubitur ratione non complecio
nis cuiuslibet conditionis tam in intercisa quam inspectione
praesentibus contentis succubitur et transgressus quotiens se pars
parti cum successoribus citare permiserit extunc recedendo ab omni
proprio foro in officio praedicti Castrensis Premislien semper in proprio
citationis termino peremptorie comparitur rursus inspectionique
et omnibus eius contentis totus quotiens opus fuit satisfactu
rum nulla praesentatione terrestri in praemissis obstante. Terminum
ipsum primum peremptorium et contenta inspectionis praedictis
citationis ac processus ex ea emanat nullis excogitatis
colloribus nec adinventis modis sine cautellis que ta
ex iure scripto vel ex consuetudinibus vim legum
scriptam in se complectentibus utencium moribus com
probatur in auxilium et consilium causa recipi poterit
non subterfugiendo neque evadendo omnibus his et
aliis Monitis Appellationibus earumque paradictionibus prosequutionibus
evasionibus poenis dilationibus legalibusque quibusvis im
pedimentis omnibusque aliis iuris beneficiis semotis.

1439